

(p. 263) indeque^d post biduum properavit Telesiam¹⁰⁴. Inter eundum autem quendam nutu divino rusticum duas ligneas capsas ferentem offendunt; quas dato mox pretio emptas ad recondendas in eis corporis sancti reliquias secum vehunt. Maxima siquidem fide fidens procul dubio se reperturum, quod cupiebat, sperabat. Ubi advenit Telesiam et comedit, candente sancti desiderii flamma in pectore nequaquam ulterius differendum seu procrastinandum passus mox iter cupitum arripuit paucis secum assumptis, ut suspicionem nemini faceret. Cavens tamen, ne, si forte vicini incolę hoc persentiscerent, nullatenus fieri paterentur, armatos aliquot de castro, quod dicitur Toccus, illuc^e advenire mandavit. Sane iter, quo ad prædictum oratorium ascende-batur, tam artum, tam arduum, tam denique asperum est ex maxima parte inventum, ut non modo nullatenus equitare, verum etiam vix interdum pedibus manibusque rependo valerent incedere. Nec mirum. Nam semper¹⁰⁵ difficili queruntur magna^f labore^f.

(p. 264) 6. Cum igitur ad oratorium conductum venissent et facta oratione^a egressi essent^δ,

δ) *folgt gestrichen*: advocans quendam fratrem, qui inibi commanebat, prefatus abbas et oratorium illud rursum ingressus cępit ab eo disquirere, utrumnam certius sciret locum, in quo beati Mennatis corpus quiesceret. Tum ille „Sicut ex maiorum“ inquit „traditione, mi pater, accepimus, certum habemus eundem eximium dei confes-sorem in ecclesiola ista pausare, sed certus pro certo locus, quo iaceat, cunctis manet incertus“. Illis ergo in hæc verba egressis, iterum comes nimium anxius et morarum impatiens cum abbate et aliis aliquot (*es folgt nicht gestrichen* ecclesiam ipsam ingrediens *usw.*; vgl. unten Var. u).

d) indeque – labore (*siehe unten Var. f*) p. 263 unten hinzugefügt, zunächst auf anderthalb radierten Zeilen, auf denen der Text gestanden hat, der die Verbindung zu omnia prout rei se veritas habet (*siehe oben Var. γ*) hergestellt hatte. e) korr. aus illud. f) größtenteils unten abgeschnitten; *siehe oben Var. d*.

Tr. I c. 6. a) *folgt gestrichen* foras.

104) Telese (prov. Benevento).

105) Marcus von Montecassino, *Carmen de s. Benedicto*, Migne PL 80, Sp. 183C: semper difficili queruntur magna labore.